bit ita ꝙ ibi volunt ymaginari. Si ſortes s videat viſibile illa viſio componitur ex viſionibus partium illius viſibilis verbigratia ſortes videt primam quartã a ſimiliter ſecundam tertiam ⁊ quartam ex illis ⁊ viſionibus conſtituitur viſio illa totalis ⁊ ita in caſu predicto patet ꝙ poſt inſtans preſens ſortes habebit aliquam partem illiꝰ viſionis. Sed tunc quererem vtrum aliqua pars illius totalis viſionis terminetur ad illud totale viſibile ⁊ ſi ſic ſequitur ꝙ poſt inſtans preſens ſortes habebit aliquam partem illius viſionis que terminabitur ad illud totale viſibile ⁊ per conſequens habebit notitiam intuitiuam de re abſcente.

**Ad iſtud videtur dicere ꝙ nulla a** pars illius viſionis terminabitur ad illud totale obiectũ ⁊ ſi dicas videat ſortes viſibile diſtans ab eo per centum pedes viſione vt 4 deinde a viſibile approximatur ſorti ꝙ diſtet ab eo preciſe per duodecim pedes nunquid tunc ſortes habebit viſionẽ magis intenſam ſit ita ergo ꝙ tũc habeat viſionem intenſam vt 8 ⁊ tunc dicendũ ẽ ꝙ aliqua pars illius viſionis terminatur ad illud totale obiectum tenet ꝯña q: dato oppoſito ſequitur ꝙ illa viſio nõ eẽt intenſior ſicut dicere ſolemus ꝙ ſi ſortes habeat noticiam platonis vt 4 ⁊ poſtea adueniat cicero de quo etiã ita intenſam habeat noticiam ꝙ ille due noticie faciãt vnã qualitatem per quam ſortes nõ dr̃ intenſius cognoſcere platonem eo ꝗ nõ quelibet ꝑs illius noticie terminat̃ ad platonẽ. Si vero dicat̃ ꝙ aliqua pars illiꝰ viſiõis vt 8 terminatur ad a viſibile ſequitur ꝙ ſi a viſibile incipiat elõgari a ſorte ⁊ cum hoc ẽt inſtans preſens ſit vltimũ iſtãs eẽ icõpletũ a viſibilis vel alicuiꝰ viſionis dabitur vltimũ inſtans eẽ cõpletum vel poſt hoc ſortes habebit noticiã intuitiuam de re non exiſtente Quicquid ſit de hoc modo dicendi aliter poſſumus dicere negando ꝙ viſio totius ꝯponatur ex viſionibus partium vt illi ymaginantur ⁊ admiſſo caſu concedo ꝙ datur vltimum inſtans eẽ viſionis completũ etiam illud concedit commentator. hẽtiſberi ĩ nono ſophiſmate. Poſſumus etiam dicere ꝙ lꝫ nõ immediate poſt hoc erit illud viſibile. Nihilominus tñ poſt hoc ſortes habebit ſpecies repreſentatiuas illiꝰ viſibilis. Et ita dicit mantuanus ꝙ adhuc ſortes videbit illud viſibile nec ꝓpterea ſequitur ꝙ illud erit hoc etiam in alio loco videtur voluiſſe commentator hentiſberl.

**Ad tertium nego ꝙ nõ detur mini**ma diſtantia ꝑ quã ſortes nõ pͭ videre b viſibile ad ſenſũ declaratum ⁊ breuiter cõcedo ꝙ ſuꝑ quodcunqꝫ punctũ intrinſecum illius diſtantie ponatur b viſibile ſortes adhuc poterit videre illud viſibile at illa diſtantia ẽ minĩa ꝑ quã ſortes nõ põt videre illud viſibile ſic ſcꝫ ꝗ ſi in fine extrinſeco illius diſtantie ponatur illud viſibile ſortes nõ videbit illud ſed ꝑ quantuncunqꝫ minorem diſtantiam diſtet a ſorte ſufficiet ipſe videre illud viſibile.

**Tertio principaliter arguitur nõ** ſequitur iſtud agens aliquem effectuꝫ p̃t producere ⁊ aliquẽ effectum nõ põt producere igitur dandus ẽ maximꝰ quẽ põt vel minimus quẽ nõ põt vel minimꝰ quem p̃t vl̃ maximus quẽ non p̃t igitur dicta nulla probatur aſſumptum Et capio aliqđ agens calidũ clarũ ẽ ꝗ nõ quantũcunqꝫ calorẽ producere põt ⁊ per ꝯñs ille due ſubcontrarie verificari p̃nt de tali agente calido ſed ꝗ nullũ illorũ membrorũ dari poſſit probo ſic. Primo clarum eſt ꝙ ñ ẽ dandus maximus effectus q̄ꝫ nõ p̃t ꝓducere nec etiam minimus quẽ põt ⁊ qđ non poſſit dari maximus quẽ põt probatur. Illđ corpus calidũ ſufficit ꝓducere illũ effectũ ſed ille effectus eſt huius nature quod coadiuuat ſuam cauſam igitur cum adiutorio illius effectꝰ maiorẽ effectũ poterit illud agens producere cũ ꝑtialiter producere ſit ꝓducere ſequit̃ ꝗ non datur maximus effectus quẽ illđ agens p̃t producere ꝙ aũt non det̃ minimus effectꝰ quẽ ñ p̃t producere probo ſic. Illđ agẽs p̃t agere ſcđm vltimũ ſue potentie agat igr̃ ⁊ pono oĩa cetera paria ⁊ tunc ſequitur ꝙ producet talem effectũ ꝗ eo maiorem ꝓducere nõ poterit ⁊ ꝑ ꝯñs non eſt dandus minimꝰ effectꝰ quẽ producere non poteſt quod erat probandum.

**Et confirmatur nõ ſequitur ali**quam partem huius ſpacii iſtud graue p̃t diuidere & aliquam partem non p̃t igitur dabilis ẽ maxĩa quã poteſt diuidere vel maxima qua non p̃t ⁊c. Quod non ſequatur ꝓbo ſic volo ꝙ ſit aliquod medium vniformiter difforme ĩ reſiſtentia a non gradu vſqꝫ ad 8. Deinde capio vnum graue actiuitatis vt 4 Iſto caſu poſito clara ẽ veritas illarum duarum ſubcontrariarum ⁊ falſitatem conſequẽtis ſic oſtendo. Primo dari nõ p̃t minima ꝑs huius ſpacii quam illud graue poteſt diuidere q: ſi aliquam põt diuidere poterit diuidere minorem Et clarum eſt etiam ꝙ non poteſt dari maxima pars huius ſpacii quam illud graue nõ p̃t diuidere ꝗ autem dari non poſſit maxĩa ꝑs huius ſpacii quam illud graue ſufficit diuidere probatur ſic quia vel actiuitas illius grauis excederet reſiſtentiam illius partis vel non Si ſcđm tunc illud graue non poſſet diuidere illam partem ⁊ ita non eſſet maxima quam ſufficeret diuidere. Si primum poſtq̄ꝫ diuiſibiliter excedit reſiſtentiam illius partis ſequitur ꝗ maiorem partem poterit diuidere ꝯña ẽ ſatis clara ex dictis Sed ꝙ non det̃ minima pars huius ſpacii quam iſtud graue non ſufficit diuidere ptꝫ ſic q: ſi eẽt aliqua talis maxime eſſet illa medietas ſpacii que habet reſiſtentiam vniformiter difformen a non gradu vſqꝫ ad 4 ſed probo dupliciter ꝙ illa nõ ſit minima ꝑs quã ſortes non ſufficit diuidere.

**Tum primo quãlibꝫ partẽ illius** lius medietatis ſufficit illud graue diuidere igitur totaꝫ illã medietatem ſufficit diuidere probo ꝯñam ⁊ volo ꝙ illud graue ponatur in ſuperiori parte illiꝰ medietatis vbi eſt non gradus reſiſtẽtie quo poſito arguo ſic Iſtud graue quamlibet ꝑtẽ huius medietatis diuidet igr̃ totaꝫ hanc medietatem ꝯña tenet q: qñqꝫ erit ita ꝙ quelibet pars illius medietatis eſt diuiſa ab illo graui igitur qñqꝫ erit ita ꝙ illa medietas eſt diuiſa ab illo gradui ꝙ autem quandoqꝫ erit ita ꝙ illa medietas eſt deuiſa ab illo graui diuiſa ab illo gradui ptꝫ ſic q: ſuper quamlibet partem illius medietatis illud graue habet proportionem maioris inequalitatis cum nulla pars ſit reſiſtentie vt 4 ⁊ per ꝯñs qñqꝫ talis erit diuiſa vel alias illud graue nunq̄ꝫ quieſcet ſed continue mouebitur.

**Secundo ſic illa medietas que ha**bet reſiſtentiam vniformiter difformen a non gradu vſqꝫ ad 4. eſt preciſe reſiſtentie vt 2 ⁊ per conſequẽs illud graue actiuitatis vt 4. ſufficiet diuidere totam illam medietatem conſequentia tenet virtute illius maxĩe a proportione maioris inequalitatis prouenit actio probatur aſſũptum intendatur medietas remiſſior ⁊ tantum remittat̃ reſiſtentia medietas itenſioris ita qđ illđ corpꝰ ſit vniformis reſiſtentie vt 2. Tũc ſic arguo illa medietas eſſet tãte reſiſtentie ſicut prius ſed nunc eſt preciſe reſiſtẽtie vt 2 igit̃ priꝰ preciſe erat reſiſtentie vt 2 ꝙ nunc ſit tante reſiſtẽtie vt pꝰ pꝫ: q: q̄ꝫtũ reſiſtẽtie deꝑdidit vna eiꝰ medie tas tñ reſiſtentie alia acquiſiuit igitur totum ē tãte reſiſtentie ſicut prius tenet iſte modus arguendi ex his q̄ dicta fuerunt q̄ſtiões prima tertii phiſicorum circa illã regulã. Oĩs latitudo vniformiter difformis correſpondet ſuo gradui medio.

**Ad tertiuz principale reſpõdetur** ꝑmittendo tñ vnam diſtinctionẽ ſatis cõem q̄ ē hec Cauſarum q̄dam ſic ſe hñt ꝙ earũ effect⁹ coadiuuãt ſuas cauſas ſicut ſunt qualitates ṗme producentes effectus ſibi ſimiles in ſpecie ſicut frigus producens frigus ãt calor calorem. Alie ſunt cauſe ꝓducentes effectus q̇ ſuas cauſas non iuuant vt qñ ex qualitatibus ṗmis ꝓducũꝛ qualitates ſcđe vt nigredo ⁊ albedo Suppoſita hac diſtinctione. Rñdetur ꝙ nõ eſt dabilis maximus effectus quē p̄t producere cã q̄ coadiuuatur a ſuo effectu quoad extẽſionem ſed bñ quoadintẽſionẽ verbigratia capiam⁹ ignẽ calidum vt 8. Dico ꝙ non datur maxim⁹ eius effect⁹ quoad extenſionez imo quocũq; effectu ꝓducto maiorẽ ꝓducere p̄t ſꝫ daꝛ maxius effect⁹ ei⁹ quoadītẽſinez q꞉ p̄t ꝓducere calorẽ vt 8 ⁊ nullũ maiorẽ intenſiue q꞉ qñ agit ſcđm extremũ ſue potẽtie ⁊ aliũde ñ ꝓuenit īpedimẽtũ tũc ꝓduxit maximũ effectũ quē ꝓducere p̄t quoadintenſionẽ.

**Cõtra hoc arguitur ſic ex hac ſolu**tione ſeqtur ꝙ nullũ corpus calidum poſſet ꝓducere aliquē totũ calorem ſine concurſu cauſe ꝑticularis extrinſece qđ videtur abſurdũ probaꝛ tñ ꝯña q꞉ deꝛ oppoſitũ ⁊ pono ꝙ a calidum producet totum calorem b ſine cõcurſu alicuius cauſe particularis extrinſece notum ē ꝙ b calor eſſet aliqualiter extenſus diuidaꝛ ergo ī duas medietes quarũ altera ſit propiquior agẽti ⁊ alťa remotior illa medietas ꝓpinquior agenti erit producta ante aliã medietatem ⁊ per ꝯñs ex quo eſt effectus coadiuuãs ſuam cauſam ꝑtialiter concurret ad productionẽ alterius medietatis ⁊ ꝑ ꝯñs illud agens non producet ilud totũ calorem b ſine concurſu alicuius cauſe particularis extrice

**Reſpondetur ſuppoſito ꝙ nõ de**tur minimum naturale caloris ſcđm extenſionem concedo illatum, nec hoc aliquã, includit abſurditatem. Forte dicis capiatur illud paſſum ī qđ producet calorem ꝑ totũ illud agens ⁊ diuidaꝛ ad ymaginationẽ ꝑ ꝑtes ꝓportionales maioribus terminatis verſus agens clarũ ē ꝙ illud agens citi⁹ producet calorem ꝑ totũ primã partem ꝓportionalem q̄z per totũ ſcđaz ⁊ citius ꝑ totã ſcđaz ꝙ ꝑ totã tertiã ⁊ cũ calor ſit effectus coadiuuans ſuã cauſam ſeqꝛ ꝙ calor extenſus ꝑ totam primã ꝑtem ꝓportionalẽ cõcurreret ꝑtialiter ad ꝓductionẽ caloris extẽſi ꝑ ſcđaz ꝑtem ꝓportionalem ⁊ ſilr calor q erit in ſcđa parte ꝓportionali effectiue concurret ad productionẽ caloris q erit in tertia ꝑte ꝓportionali ſed partialiter producere ē producere igitur iſte calor producet iſtũ ꝑ ṗmũ ꝓnomen demõſtrando calorẽ q̇ erit in ſcđa parte ꝓportiõali ⁊ etiam iſte calor producet iſtum demonſtrando calorem ſcđe ꝑtis proportionalis ⁊ ſimiliter tertie ⁊ ſic ꝯñr in infinitũ Et vltra bene ſequitur iſte calor producet iſtuz ⁊ iſte calor producet iſtum igitur iſti calores producent iſtos caſes ⁊ vltra ſequitur ꝙ iſti calores producent ſeipſos quod eſt impoſſibile. Ad hoc reſpondetur cõcedendo ꝙ calor eſt effectus coadiuuans ſuam cauſam ⁊ ꝙ calor q̇ erit in prima parte proportionali effectiue concurret ad productionez caloris ꝑtis proportionalis ſeq̄ntis ⁊ ēt ꝙ erit ipſi⁹ cã productiua. Et qñ dicis iſte calor producet iſtũ calorem ⁊ iſte calor ꝓducet iſtum ⁊ ſic cõſequẽter de aliis igꝛ iſti calores ꝓducent iſtos cõcedo ꝯñs uec ꝓꝛea opꝫ cõcedere ꝙ iſti calores ꝓducẽt ſeipſos q꞉ aliđ ꝑ illã ꝓpõez denotatur vcꝫ ꝙ iſte calor ꝓducit iſtũ ⁊ iſte iſtum ſemꝑ demõſtrãdo idē a parte ſbi ⁊ a parte predicati quod eſt falſum ⁊ ſic pꝫ qualiter terminaꝛ potẽtia actiua que coadiuuaꝛ a ſua cauſa ſed potentia actiua que non coadiuuatur a ſuo effectu ẽmiatur ꝑ maximũ ita ꝙ cuiuſlꝫ cãe que a ſuo effectu uõ coadiuuatur dabilis ē maxim⁹ effectus quē ꝓducere põt q꞉ talis cã põt agere ſcđm vltimũ ſue potentie quo facto ipſa ꝓducit maximũ effecũ quem poteſt producere.

**Ad cõfirmationem uego ꝙ ex illis** duab⁹ ſubcõtrariis nõ ſequatur aliquod iſtorũ mẽbrorũ ⁊ do vnampartẽ h⁹ ſpacii quã illđ graue uõ põt diuidere vcꝫ illã ꝑtez que ẽminatur ad. 4. icluſiue ⁊ quãdo illđ ī ꝓbabas quãlꝫ ꝑtẽ illi⁹ illđ graue ſufficit diuidere igiꝛ totã illã ꝑtẽ illđ graue ſufficit diuidere nego añs ⁊ ad ꝓbatiouẽ admitto ꝙ ponaꝛ in ſuperiori ꝑte vbi ē nõ grad⁹. ⁊ vlteri⁹ nego ꝙ quãlꝫ ꝑtẽ illi⁹ medietatis diuidet imo nullã ꝑtẽ terminatam ad extremum itẽ ſi⁹ illđ graue diuidet q꞉ quelibet talis includit: 4. gđ⁹ reſiſtẽtie ſꝫ bene verum eſt quod quãlibet partem illius medietatis non terminatam ad illud extremum illud graue diuidet ⁊ nego ꝙ quelibꝫ pars illius medietatis quãdoq; erit diuiſa ab illo graui. Et quando ſic ꝓbas ſi nũq; quelꝫ ꝑs illius medietatis erit diuiſa ſeqtuꝛ ꝙ illud graue ꝯtinue mouebitur imo ſi ꝑ tẽp⁹ ifititum ⁊ ſpacium ⁊ graue cõſeruarentur a deo ſẽp illud graue moueretur ⁊ nunq̄ quieſceret Ad hoc dico ſi illud graue ſit potentia debilitabilis ſiue indebilitabilis cõcedendo illatum quod ſic probatur de potẽtia indebilitabili Capiatur a potentia indebilitabilis vt. 8, ⁊ capio medium vniformiter difformiter reſiſtẽs a nõ gradu vſq; ad: 8. ⁊ põatur a ſuper illud medium quo poſito probo ꝙ per infinitum tempus a ſemper mouebitur ſuppoſito illo quod dictum eſt ⁊ ſuppono illud medium eſſe diuiſum ꝑ partes proportionales minorib⁹ terminatis ad extremũ intenſius quo poſito:

**Arguitur ſic a potentia occupa**bit aliquod tempus ad pertranſeundum primam partem proportionalem illius medii ⁊ ad quãcunq; aliam partẽ proportionalem pertranſeundum aut diuidendum mai⁹ tempus occupabit igitur cum infinite ſunt partes proportionales ⁊ potentia infinitum tempus accupabit ad pertranſeundum illud medium ⁊ per conſequens nunq; deueniet ad finem illius medii poſtq; tempus infinitum nullum habet terminum iſta conſequentia eſt clara ⁊ maior ſimiliter ⁊ minor probatur ſupponendo illud ꝙ dictũ ē tertii phiſicorum q̄ſtione prima ꝙ velocitas motus debet attendi penes proportionem potentie ad reſiſtentiaz Deinde ſupponitur aliud ꝙ datis duobus paſſis quorũ eſt in proportione dupla in q̄ntitate maius alio ſi ſit aliq̄ potentia que in duplo minorem proportionem maioris inequalitatis habeat ſuper illud ſubduplum in quantitate q̄z habeat ad aliud duplum ceteris paribus tantum tẽp⁹ occupabit ad pertranſeundum illud ſubduplum in quãtitate quantum occupabit ad pertranſeundum illud qđ eſt ſubduplum ad aliud hoc ſuppoſito probari poteſt ſed ꝓpter facilitatem eam declaro per exemplum. Capio. 2 ſpacia b. ⁊ c. b. ſit bipedale reſiſtentie vt. 2. c vero pedale reſiſtentie vt. 4. ⁊ a ſit potentia vt. 4. tunc dico ꝙ tantum tempus occupabit a potentia ad pertranſeundum c quantum occupabit ad pertranſeundum b. ꝙ ſic probatur quia c. ſi eſſet preciſe tante reſiſtentie ſicut b tunc a potentia in duplo citius pertranſiret c q̄ b ſed in caſu poſito i duplo tardiꝰ pertrāſiuit c ꝗ̄ tunc ꝑtrāret ⁊ tunc occuparet i duplo minus tp̄s ad pertranſeūdū c ꝗ̄ b igitur nūc tm̄ tp̄s occupabit ad ꝑtrāſeūdū c quātū occupabit ad ꝑtranſeūdū b ⁊ ita habet̄ ꝙ eq̄ cito a potētia pertranſibit b ⁊ c ⁊ a ꝙ hēat in duplo minorē ꝓportionem maioris inequalitatis ſuꝑ c ꝗ̄ b pꝫ qꝛ ad b eſt ꝓportio maioris inequalitatis dupla ⁊ ꝓportio dupla ē ſubdupla quadrupedale igitur. Iſtis ſuppoſitis probo minorē vcꝫ ꝙ quamlibet partem proportionalem dēpta pria in maiori tꝑe pertranſibit q̄ ipſā primā partem ꝓportiōalē qꝛ per caſum poſitum p̄ma pꝰ ꝓportionalis hꝫ reſiſtentiā a nō gradu vſq̄ ad 4 ⁊ per ꝯn̄s illa potentia hꝫ ꝓportionem duplam ſuper illā reſiſtentiam ⁊ ſcđa pars ꝓportionalis illius medii hꝫ reſiſtentiaꝫ 4 vſq̄ ad 6 ⁊ ita illa potentia excedit illam reſiſtentiam i ꝓportiōe ſexquitertia. Et ex illo ſic arguo ſi eandem poportionem maioris inequalitatis hēret illa potentia ſuꝑ p̄mā partem ꝓportionalem ⁊ ſuꝑ ſcđam in duplo citiꝰ pertrāſiret ſcđaꝫ ꝑtem ꝓportionalē ꝗ̄ primā. Et ſi in duplo minorē ꝓportionem maioris inequalitatis hꝫ ⁊ ſuꝑ ſcđam ꝑtē ꝓportionalem ꝗ̄ ſuper primā tm̄ tēpus occuparet ad ꝑtrāſeūdū ſcđam ſicut primā ſed ſic ē ꝙ non hꝫ ſolum in duplo minorem proportionem maioris inequalitatis ſuꝑ ſcđam partē proportionalem ꝗ̄ ſuper primā imo hꝫ maiorē q̄ eēt illa ſubdupla ꝓportio igitur maius tp̄s occupabit ad pertranſeundum ſcđam partem ꝓportionalē q̄ occupabit ad pertranſeundā p̄mā ꝯn̄a eſt clara ex dictis. ꝓbatur aſſumptum qꝛ ſuper ſcđam ꝑtem ꝓportionalē hꝫ ꝓportionē ſexquitertiā. Sꝫ proportio ſexquitertia nō ē ſolū i duplo minor q̄ ſit ꝓportio dupla qꝛ proportio dupla cōponit̄ ex ꝓportione ſexquitertia tanq̄ ex minori ⁊ ꝓportiōe ſexqaltera tanꝗ̄ ex maiori Et qn̄ aliquid diuidit̄ in duo inequalia ad maius ē minus q̄ duplū ⁊ ad minus pluſ q̄ duplum ꝙ illud ſit verū i cōtinuis ē manifeſtū. Sꝫ cū proportio dupla cōponat̄ ex ꝓportione ſexquitertia ⁊ ex ꝓportiōe ſexquialtera propterea ꝓportio dupla non ſolū eſt i duplo maior proportiōe ſeſquitertia. Et ita ꝓbari pōt ꝙ potentia a maius tp̄s occupabit ad pertrāſeūdā tertiā ꝑtē ꝓportionalē illius medii ꝗ̄ occupabit ad pertranſenudā patet igitur ex dictis ꝙ in caſu principalis argumēti illᵈ graue nunq̄ diuidet p̄mā medietatē ⁊ ſi ꝑ infinitū tēpus conſeruaretur a deo ceteris circōſtantiis abiectis ſēꝑ mouebitur. Dicunt aliqui qđ quieſcet ſed non ē ſignabilis punctus in quo quieſcet. Pro impugnatiōe illius dicti ſufficit illud recitaſſe. Et ita cōcedēdū ē in caſu qđ affinita tarditate mouebit̄ qꝛ quantū magis accedit ad extremum intenſius tanto tardius ⁊ tardius mouetur.

**Ad ſcđm dico ꝙ argumētū fundatur** i falſa ymaginatione vcꝫ qđ latitudo vniformiter difformis effectiue ſeu intenſiue correſpondeat ſuo gradui medio ꝙ ei illud ſit falſū ꝓbo ſic qꝛ dato illo ſequeretur ꝙ aliqua potentia eq̄ velocit̄ ꝑtrāſiret ꝑtē ſicut totū ꝙ ē fīm probatio tū ſeq̄le. Suppoſitis duabꝰ p̄miſſis ſuppoſitionibus ⁊ pono ꝙ a ſit potētia 9 b vero reſiſtētia a nō gradu vſq̄ ad 8 c vero ſit medietas intenſior vcꝫ a 4 vſq̄ ad tūc ſi talis latitudo vniformiter difformis correſpōdeat gradui medio erit vt 4 c vero vt 6 ⁊ per ꝯn̄s a hꝫ ꝓportionē duplā ſexquiquartā ſuꝑ b qꝛ 9 ad 4 talis eſt proportio Et a hēbit ꝓportione i ſexqalterā ſuꝑ c cū talis ſit proportio 9 ad 6 ſed ſic ē ꝓportio ſexquialtera eſt medietas proportiōis duple ſexq̄quarte igit̄ in duplo minorem proportionem maioris inequalitatis hꝫ a potētia ſuper c ꝗ̄ hēat ſuꝑ b ⁊ ꝑ ꝯn̄s eque cito pertranſibit b ſicut c poſtꝗ̄ in illa proportione b excedit c in quantitate qua exceditur intenſiue. Quod aūt proportio ſexqaltera ſit medietas proportionis duple ſexquiquarte pꝫ qꝛ ꝓportio dupla ſexquitertia componitur ex duabus ſexq̄alteris tanꝗ̄ ex ſuis duabus medietatibus ꝓportio eniꝫ que ē 6 ad 4 tāq̄ ex ſuis duabꝰ medietatibꝰ viſo ꝙ ille due ꝓportiones ſūt eq̄les. hoc dixeriꝫ qꝛ proportio 6 ad 4 cōponitur ex proportione q̄ ē 9 ad 7 q̄ eſt proportio ſuperbipartiens ⁊ ex proportione que eſt ſeptem ad 4. que eſt ſupertripartiens quartas nihilominus tn̄ ex quo proportiōes nō ſunt equales lꝫ cōponatur ex illis nō tn̄ componitur tanq̄ ex ſuis duabus medietatibus. Et ita poſtꝗ̄ c ē ſubduplum i quātitate ad b ⁊ illa potentia in duplo minorem proportionem maioris inequalitatis hꝫ ſuꝑ c ꝗ̄ b ſequitur ꝙ eque cito pertranſibit b ſicut c qđ erat probandum Ađ etiam illud ſit verū vcꝫ ꝙ latitudo vniformiter difformis reſiſtentie non correſpondeat ſuo gradui medio alia via magis groſſa ſic probatur qꝛ ſi b reſiſtentia correſpondeat ſuo gradui medio vcꝫ vt 4 ſeq̄t̄ ꝙ vna potentia vt 6 poſſet diuidere illam totam reſiſtētiam viſo ꝙ eſſet proportio maioris inequalitatis potentie ad illam reſiſtentiam quod tamen eſt falſum qꝛ tunc oporteret ꝙ qn̄q̄ diuideret aliquam partem reſiſtentie vt 6 vel vt 7 ⁊ ita proportione minoris inequalitatis proueniret actio qui primam probationem non intelligit hac ſecunda contentus reſideat.

**Quarto pricipaliter arguitur nō** ſequitur per aliquod tempus ſortes ſufficit viuere ⁊ per aliquod tempus ſortes non ſufficit viuere igitur dandū eſt minimum tempus per quod non ſufficit viuere vel maximum tempus per quod ſufficit viuere igitur dicta nulla ꝙ non ſequitur probo ſic an̄s ē verū ⁊ nō cōſequens igitur falſitatem conſequētis ſic probo. Et primo ꝙ nō poſſit dari minimum tempus per quod ſortes nō ſufficit viuere qꝛ dato illo quod pono eſſe b arguitur ſic per qđlibet inſtans b temporis ſortes ſufficit viuere igitur per b tempus ſortes ſufficit viuere ⁊ ꝑ ꝯn̄s non eſt minimum per quod non. Aſſumptum probo qꝛ detur oppoſitū vcꝫ ꝙ per aliquod inſtans b temporis ſortes non ſufficit viuere ⁊ ſit illud inſtans c tunc inter c inſtaus ⁊ inſtans terminatiuum b temporis mediant infinita inſtantia ⁊ etiaꝫ mediat tempus igitur ſi per c inſtans ſortes non ſufficit viuere b tempus non erat minimū per quod ſortes non ſufficit viuere quia non quocunq̄ minori tempore b dabile eſt maius per quod ſufficit viuere quia capta parte b que terminatur ad inſtans c verum eſt dicere quod illo tempore dato non poteſt dari tempus maius minus tamen b per quod ſortes ſufficit viuere poſt ꝗ̄ ergo per qđlibet iuſtans b temporis ſortes ſufficit viuere ſequitur ꝙ per totum tempus ſortes ſufficit viuere ꝙ autē non detur maximum tempus per quod ſufficit viuere patet quia tunc per illud tempꝰ ſortes ſufficit viuere ⁊ per nullum maius quo poſito mere daretur vltimum inſtans eē ipſius ſortis completum qđ nō eſt dicendum.

**Et confirmatur uon ſequitur aliquod** nondus quodlibet fortiꝰ ſorte poteſt portare ⁊ aliquod pondus non quodlibet fortius ſorte poteſt portare igitur datur minimum quod non quodlibet fortius ſorte poteſt portare vel maximum quod quodlibet fortius ſorte poteſt portare igitur dicta nulla antecedens probo ⁊ pono caſum qnod ſortes ſit potentie vt quattuor plato vero ſit potentie vt, 8, ⁊ creet deus infinitos hoīes quorũ primus ſit potentie vt 7 ſcd̄us vt 6 ⁊ ſic conſequenter procedendo in infinitum ſic ſcꝫ ꝙ q̄libet eorum erit debilior platone fortior tñ ſorte ſic ēt ꝙ non detur hõ maxime accedens ad ſortem in potentia iſto poſito clareſcit veritas illarũ duarũ ſubcontrariarũ ſed ꝙ nullum membrum dari poſſit patꝫ ſic primo ꝙ nõ de ſ̄ minimũ pondꝰ ꝙ non quodlibet fortius ſorte põt portare patet quia vel illud eſſet tante reſiſtentie quante ſortes eſt actiuitatis vel maioris vel minoris ſi equalis vel minoris quodlibet fortius ſorte illud poteſt portare Si maioris ſit igitur reſiſtentie vt 5 clarum eſt ꝙ ibi dabilis eſt aliqua potentia que ſit minor maior tñ ſorte ⁊ illa nõ ſufficeret quodlibet minus pondus portare ⁊ ꝑ ꝯñs non eſt dandum minimum pondus qḋ non quodlibet fortius ſorte poteſt portare ꝙ autem non detur maximum pondus quod quodlibet fortius ſorte poteſt portare probo ſic quia detur oppoſitum ⁊ ſit illud pondus b bene ſeq̄r arguendo per deſcenſum hoc eſt maximum põdus quod iſtad fortius ſorte poteſt portare demonſtrando platonem aut alium a platone fortiorem. ſorte quod eſt falſuꝫ vt patet per deſcenſum.

**Ad quartum principale cõiter rñ**detur quod eſt dabile minimum tempus per quod ſortes non ſufficit viuere. Et qñ dicis per quodlibet inſtans illius temporis ſortes ſufficit viuere igit̄ ꝑ totũ illḋ tẽpꝰ ſortes ſufficit viuere negatur añs qꝛ nõ ſufficit viuere ꝑ inſtans terminatiuũ illius tp̄is ſed ſi loquaris p̄ciſe de inſtantibꝰ intrinſecis tunc concederetur ꝙ ꝑ q̇ölibet tale inſtans illius tp̄is ſortes ſufficit viuere. Nec propterea ſequens ē ꝙ per totum illud tempus ſortes ſufficit viuere ⁊ ſic per quamlibet partem illius tp̄is nõ terminatam ad inſtans terminatiuum illiꝰ totalis tp̄is ſortes ſufficit viuere ſed per nullam ꝑtem terminatam ad illud inſtans ſortes ſufficit viuere. Contra hanc ſolutionem arguitur ſic b eſt minimum tp̄s ꝑ quod ſortes non ſufficit viuere igitur pee quodlibet minus tp̄s ſortes ſufficit viuere tꝫ ꝯſequentia ab exponibili copulatiue ad alterã ſuarum exponentium ⁊ vltra ſequit̄ ꝑ q̇ölibet minus tp̄s ſor. ſufficit viuere igitur ꝑ hoc minꝰ tp̄s ſor. ſufficit viuere demõſtrando vnam medietatem illiꝰ tp̄is terminatam ad inſtans terminatiuum illius totalis tp̄is & ꝑ ꝯñs per aliquam ꝑtem terminatam ad inſtans terminatiuum ſortes ſufficit viuere cuius oppoſitũ dictum ē inter ſoluendũ argumentum. Ad iſtud rñdent q priorem ſolutionem defendunt cõcedentes b eē minimũ tp̄s per qḋ ſortes non ſufficit viuere nec ꝓpterea ſeq̄r ꝙ per q̇ḋlibet minꝰ tp̄s ſor. ſufficit viuer̄ ſꝫ ſolũ ſequitur ꝙ quolꝫ maiori tp̄e dato datur maius minus b ꝑ quod ſortes ſufficit viuere ⁊ ita ꝯñter ēt dici poſſet ꝙ datur minimum pondus qḋ ſortes nõ ſufficit portare non qꝛ quodlibet minus ſufficit aut põt portare ſꝫ qꝛ quolibet minori dato dat̄ maiꝰ illo tñ minꝰ quod ip̄e ſufficit portare ⁊ ita dicat̄ in ꝓpoſito qꝛ lꝫ non ꝑ quodlibet minus tp̄s b ſortes ſufficit viuere nihilominꝰ tñ b eſt minimũ tp̄s ꝑ qḋ ſortes non ſufficit viuere. Poſſumus etiam dicere ꝙ ex illis duabꝰ ſubcontrariis nõ ſeq̇tur aliqḋ iſtorum mẽbrorum qꝛ affirmatiua nõ ſic ſe hꝫ ꝙ ex eo ꝙ verificatur pro aliquo ꝓ quolꝫ minori verificari poſſit vt pꝫ ex dictis Et ꝓpterea nõ opꝫ quod ex illis duabus ſubcontrariis ſequatur aliqḋ iſtorũ membrorũ vtraqꝫ harum ſolutionum ꝓbabiliter defendi p̄t.

**Ad confirmationē rñdetur admiſ**ſo caſu ꝙ ex illis duabus ſubcõtrariis ſeq̄tur vnũ ex iſtis membris vñ. Aduertendũ ē ꝙ cõiter loquentes tale dãt documentum ſi fiat diuiſio cũ termino cõi diſtributio hñte infinita ſuppoſita ꝓ quibus diſtribuitur dãdũ ē mẽbrũ affirmatiuum ſiue fiat diuiſio ꝑ affirmationē maximi vel negationē minimi ſiue oppoſito mõ ⁊ ꝓpterea mĩmũ põdus qḋ ſortes non poteſt portare ē maximũ pondus qḋ q̇libet homo fortior ſorte p̄t portare ēt illud declarat̄ qñ fieret diuiſio ꝑ diſiunctiuam ex negatiõe maxĩ ⁊ affirmationem minimi verbigratia ſit aliqua reſiſtẽtia vt 4 q̄ ſit ab aliqua potentia quelibet reſiſtentia minor a p̄t pati ⁊ ab aliqua potentia nõ q̄libꝫ reſiſtentia minor a põt pati igitur datur maxima potentia a q̄ nõ q̄libꝫ reſiſtẽtia minor a p̄t pati vel minima potentia a q̄ q̄libꝫ reſiſtẽtia minor a p̄t pati ⁊ clarum ē ꝙ primũ mẽbrũ dari nõ p̄t ſꝫ opꝫ dare ſcḋm. Vñ ſit b eē vna potentia vt 4 tec b ē mĩma potentia a qua quelibꝫ reſiſtentia minor a p̄t pati qꝛ clarũ eſt ꝙ a b quelibet reſiſtentia minor a põt pati qꝛ nõ a potentia vt tria quelibet minor reſiſtentia minor a quelibꝫ potentia p̄t pati nec a potentia vt tria cũ dimidio ⁊ ſic ꝯñr i infinitum procedendo oppoſitum iſtius contingit qñ fit diuiſio mediante termino cõi hñte finita ſuppoſita tunc enim dandum eſt membrum negatiuum vt ſi ſic arguit̄ aliquod pondus quilibet homo p̄t portare ⁊ aliquod põdus non q̄libet hõ poteſt portare igitur dandum eſt maximum pondus qḋ quilibet homo p̄t portare vel minimũ pondus quod nõ quilibet hõ p̄t portare ibi fit diuiſio cũ termino cõi hñte finita ſuppoſita ⁊ dandum ē ſcḋm membrum ⁊ non primum qꝛ poſtq̄ ē finita multitudo hoīm oportet dare vnum debiliſſimum negatiue ſaltem ſit igit̄ ille debiliſſimus ſores Tum dico ꝙ minimum põdus qḋ ſortes non ſufficit portare eſt minimnm pondus quod ñ quilibet homo ſufficit portare qꝛ illud nõ quilibet hõ ſufficit portare eo ꝙ ſortes illud nõ ſufficit portare ⁊ q̇ölibꝫ minus pondus q̄libet homo ſiue ſortes ſiue alius a ſorte ſufficit portare illud etiam declaratur in diuiſione fctã ꝑ affirmationeꝫ minimi ⁊ negationē maximi verbigratia aliqua eſt potentia a qua q̄lꝫ reſiſtentia p̄t pati ⁊ aliqua ē potẽtia a qua non quelibet reſiſtentia p̄t pati igit̄ dãda ē minima a qua q̄libet reſiſtentia poteſt pati vel maxĩa potentia a qua non quelibꝫ reſiſtentia poteſt pati tunc opꝫ dare maximam potentiam a qua non quelibet reſiſtentia p̄t pati qḋ ſic dignoſcitur ſolum ſunt finite reſiſtẽtie igit̄ danda eſt fortiſſima capiatur tũc vno potẽtia equalis cũ illa reſiſtentia tunc verum ē dicere ꝙ illa potentia ē maxima a qua non quelibet reſiſtẽtia p̄t pati qꝛ ab illa potẽtia non q̄libet reſiſtentia p̄t pati eo ꝙ ab illa potentia illa fortiſſima reſiſtentia non ſufficit pati a qualibet tñ maiori potentia quelibet reſiſtentia ſufficit pati ⁊ ſic patet ex priori membro huius documenti ſeu regule quomodo in caſu principali dandum eſt maximum pondus quod quilibet homo fortior ſorte poteſt portare ⁊ tunc ad argumentum in oppoſitum dꝛ ꝙ iſta ꝯña nihil valet iſtud ē maximũ pondus qḋ q̇libet hõ fortior ſorte poteſt portare igit̄ iſtud eſt maximum pondus qḋ iſte fortior ſorte põt portare deſcendendo copulatiue cauſa quare non valeat eſt ſatis clara ex logicalibus Et lꝫ in exemplis poſitis ⁊ ēt retentis caſibus danda ſint membra que data ſunt miror tamen ꝙ multi dant tales regules cum neqꝫ vniuerſaliter ſint vere nec etiam ſemper tenent in exemplis datis. Et arguitur ſic retento caſu ipſius confirmationis quero vt̄ eſt dandum maximum pondus quod quilibet homo ſufficit portare vel minimum quod non quilibet homo ſufficit portare ⁊ videtur ꝙ ſecundũ regulam opꝫ dare maximũ pondus quod quilibet homo ſufficit portare qꝛ ibi fit diuiſio cũ termino cõi habente infinita ſuppoſita ꝓ q̄bꝰ diſtribuitur igitur per regulam dandum eſt membrum affirmatiuū quod tamen falſum eſt quia ex quo in caſu ſortes eſt debiliſſimus hominum quero vel illud pond⁹ qđ eſt maximum quod quilibet homo ſufficit portare eſt equalis reſiſtentie cum actiuitate ſortis vel maioris nō primū qꝛ tunc nō quilibet homo ſufficeret portare illud pōdus vel eſſet minoris reſiſtentia ⁊ tunc aliquod maius pondus quilibet homo ſufficeret portare ⁊ ita pꝫ ꝙ in illo caſu dandum eſt minimum pondus quod ē equalis reſiſtentie cum potentia ſortis igitur illud documentū eſt nullum. Et probo conſimiliter ꝙ in exemplo dato non oporteat ſemper dare membrum affirmatiuum ⁊ volo ꝙ ſortes ſit potētie vt 4 plato vero ſit potētie vt 6 Deinde ſint infiniti homines quorum quilibet ſit fortior platone. Iſto poſito queritur vel dandum eſt maximuꝫ pondus quod quodlibet fortius ſorte poteſt portare vel non Si ſecundum cum fiat diuiſio cuꝫ termino diſtributo habente infinita ſuppoſita ſequitur ꝙ regula nulla eſt. Si vero detur maximum pondus ⁊ quodlibet fortius ſorte pōt portare q̄ro vel illud eſt equalis reſiſtentie cum potentia ſortis vel maioris non eſt dicendum primum quia vt patet ex caſu vnum pondus reſiſtentie vt quinqꝫ quodlibꝫ fortius ſorte eſt potens portare. Si vero maioris reſiſtētie q̄ꝫ ſit potentia ſortis. Quero vel eſt minoris reſiſtentie q̄ꝫ ſit potentia platonis: hoc iterum dici nō poteſt cū vel eſſet equalis reſiſtentie q̄ꝫ potentia platonis vel maioris ⁊ ſi ſic non quodlibet fortius ſorte poſſet portare illud quia plato illud portare non poſſet relinquitur ergo ꝙ oportet dare minimum pondus ꝙ non quodlibet fortius ſorte poteſt portare. Unde minimum pondus quod plato non ſufficit portare eſt minimum pondus quod non quodlibet fortius ſorte poteſt portare ⁊ ita in multis alijs probari poſſet ꝙ non ſemper dandum eſt membrum affirmatiuum quando fit diuiſio cum termino communi diſtributo habēte infinita ſuppoſita. Et credo ꝙ vniuerſaliter ad cognoſcendum illud regule certe dari non poſſunt.

**Quinto pricipaliter arguitur ſic** non ſequitur aliquanta velocitate a mobile poteſt moueri Et aliquanta velocitate a mobile non poteſt moueri igiꝉ dabilis eſt maxima velocitas qua poteſt moueri vl' minima qua non pōt moueri igitur qđ non ſequatur ꝓbo ſic Et p̄mo ꝙ non ſit dada maxima velocitas qua illud mobile poteſt moueri patet ſic quia dato ꝙ a mobile moueatur illa velocitate clarum eſt ꝙ reſiſtentia medii poteſt diminui quo poſito ſequitur ꝙ a mobile maiori velocitate mouebitur ꝙ autem non detur minima velocitas qua a mobile non p̄t moueri ꝓbatur qꝛ vel illa velocitas eſſet finita vel infinita. Si infinita ſequitur ꝙ ipſa non eſt minima velocitas qua a mobile moueri non poteſt quia bene ſequitur eſt minima velocitas qua a mobile non poteſt moueri igitur eſt parua velocitas q̄ꝫ a moqile non poteſt moueri quod eſt falſum. Si vero illa velocitas ſit finita ſequitur ꝙ tantum poteſt diminui reſiſtentia ipſius medii qnod illa velocitate a mobile mouebitur.

**Confirmatur non ſequitur ali**qđ eſt pondus ꝙ aliquod debilius ſorte ⁊ quodlibet fortius ſorte poteſt portare ⁊ aliquod eſt pondus qnod non aliquod debilius ⁊ quodlibet fortius ſorte poteſt proporre ⁊ tamen ꝙ nullum horum membrorum dari poſſit ꝓbatur ſic. Et pono caſum ꝙ ſortes ſit potentie vt.4.⁊ ſint infiniti homines quorū quilibet ſi fortior ſorte ſic ſicut prius poſitum fuit ita ꝙ inter illos non detur debiliſſimus ⁊ ſint alii homines debiliores ſorte.

Iſto caſu poſito relinquo notum quod non detur minimum pondus ꝙ non aliquod debilius ⁊ quodlibet forti⁹ ſorte poteſt portare quia ibi fit diuiſio mediante termīo commnni diſtributo pro infinitis ſuppoſitis ⁊ per conſequens non eſt dandum illud membrum negaiiuum ꝙ autem non eſt dandum pondus qnod aliquod debilius ſorte ⁊ quodlibet forte poteſt portare probatur ſic quia vel illud eſſet equalis erſiſtentie cum potentia ſortis vel maioris Nec primum mrmbrum nec ſecundum dari poſſunt quia tunc falſum eſſet dicere ꝙ aliquod debilius ſorte ⁊ quodlibet fortius ſorte poſſet illud portare Si vero ſit minoris reſiſtentie probari poteſt facillime ꝙ non eſt maximum qnod aliquod debilius ⁊ quodlibet fortius ſorte poteſt portare quia ſi illud ſit reſiſteatie vt tria aliquod debilius ſorte vt puta tria cum dimidio poterit illud portare.

**Ad quintum principale reſpōde**tur per propoſitiones prima proportio non eſt ſimpliciꝉ dabilis maxīa velocitas qua mobile a poteſt moueri. hec ꝓpoſitio eſt clara ex dictis quia dato ꝙ a mobile moueretur tali velocitate reſiſtentia illius medii poterit diminui ⁊ per couſequens ſimpliciter maiori velocitate poteſt a mobile moueri viſo ꝙ velocitas in motibus inſequitur proportionem actiuitatis ſuper reſiſtentiam.

**Secunda propoſitio ē dabilis ma**xima velocitas qua mobile a moueri p̄t cum talibus circunſtantiis vcꝫ per tale medium iu tali tempore ⁊ ita de aliis circunſtantiis verbigratia. Ponatur a mobile a in concauo orbis luna quod verbigratia deſcendet vſqꝫ ad terram in vna hora. Dico ꝙ illud mouebitur eque velociter ſicut poteſt moueri per tale medium. Forte dicis tūc ſequitur ꝙ potentia actiua terminaꝉ ꝑ maximum cuius oppoſitum ſemper prius defenſatum eſt. Dicitur ꝙ nō ē inconueniens ꝙ potentia actiua terminetur per maximū cum talibus circanſtantiis ſicut etiaꝫ bene poteſt dari maximum pondus quod ſortes poteſt portare per tale medium in tali tempore ⁊ cum tanta velocitate.

**Sed contra hoc arguitur ſic vel a**ctiuitas excedit reſiſtentiam illius ponderis cum omnibus illis circunſtantiis vel non excedit. Si nō excedat puta ſi eius actiuitas ſit minor vel equalis tunc illud pondus ſortes non ſufficiet portare. Si vero excedat ſequiꝉ ꝙ aliqnod pondus maius ſortes poterit portare ⁊ intelligo ſemper cum talibus circunſtantiis. Et eodem modo probari poteſt quod non detur maxīa velocitas qua mobile moueri poteſt cum talibus circunſtantiis.

**Ad hoc reſpondetur concedēdo da**ri maximum pondus quod ſortes poteſt portare per tale medium in tali medio in tanto tempore ⁊ cum tanta velocitate Et quando petis vel potentia ſortis excedit reſiſtentiam illius ponderis cum talibus circunſtantiis. Dico ꝙ potentia ſortis ſimpliciter excedit reſiſtentiam illius ponderis Et propterea etiam ſortes illo pondere poteſt portare maius ſed maius per illud medium cum tanta velocitate in tanto tempore ferre nequit ſatis improprie dicitur cum potentia ſortis excedit reſiſtentiā illius ponderis cum talibus circunſtatiis quia tales circū

~~ſtentie~~ stantie non reſiſtunt intelligendo tamen ad bonū ſenſum concedo ꝙ potentia ſortis nō excedit reſiſtētiā illius pōderis cū illis circūſtantiis eo ꝙ nō poteſt maiꝰ portare illis circūſtantiis adiectis ꝙ ſi dicas tunc a proportione equalitatis fiet actio viſo ꝙ ſortes illud pondus portat quod tamen non excedit ſaltem cū illis circunſtantiis. Ad hoc dico ꝙ non ſequitur qꝛ illud pondus ⁊ ſortes nō ſe habent in proportione equalitatis vel aliter dī ꝙ non incōuenit actionem fieri a proportione equalitatis cum talibus certis circunſtantiis.

**Tertia propoſitio ñ ē dabilis ma**xima velocitas qua mobile a ſimpl'r moueri pōt Nec dabilis eſt minima velocitas qua illud mobilē moueri non pōt Et tunc ad diuiſionem dico ꝙ ille due ſubcontrarie non ſunt vere immo negatiua eſt falſa quia nō repugnat a mobile quātūcūqꝫ velocitate moueri imo quacūqꝫ velocitate data adhuc maiori velocitate moueri poteſt.

**Ad cōfirmationē reſpondetur ad**miſſo caſu concedendo ꝙ nō datur maximū pondus qđ aliquod debilius ſorte ⁊ quodlꝫ fortius ſorte poteſt portare ſicut bene ꝓbat ratio adducta Sed dico ꝙ datur minimū pondus qđ nō aliquod debilius ⁊ qđlibet fortius ſorte poteſt portare Unde minimū quod ſortes non poteſt portare eſt minimū pondus qđ non aliqđ debilius ⁊ quodlibet fortiꝰ ſorte poteſt portare quia illud non aliqđ debilius ⁊ quodlibet fortius ſorte pōt portare. Sed qđlibet minus aliquod debilius ⁊ qđlibet fortius ſorte poteſt portare. Et quicquid ſit de regula dicendum ptꝫ ex dictis qꝛ eā nō reputo vl'r eſſe verā. Gloſare regulam eſt dicere ipſam non eſſe vniuerſaliter veram.

**Sexto principaliter arguitur ſic** nō ſequitur ab aliqua ꝓpoſitione inequalitatis pōt ꝓuenire actio ⁊ ab aliqua ꝓportione iuequalitatis nō pōt ꝓuenire actio ergo dabilis eſt maxima proportio inequalitatis a qua poteſt prouenire actio vel minima a qua nō pōt prouenire actio igitur ⁊c. ueritas affirmatiue pꝫ de ꝓportiōe maioris īequalitatis veritas negatiue vꝫ de ꝓportione minoris inequalitatis ꝙ aūt nullū membrū dari poſſit probatur p̄mo nō pōt dari maxima proportio inequalitatis a qua poteſt prouenire actio quia vel illa eſſet ꝓportio minoris inequalitatis vel maioris ⁊ claret ꝙ nullum illorū dari poteſt pꝫ et iā ꝙ nō poteg̃ dari minima ꝓportio inequalitatis a qua nō pōt prouenire actio petende vt priꝰ an eſſet proportio maioris inequalitatis vl' minoris Si primū prima exponens eſſet falſa ⁊ pari formo de aliis duobus membris probare potes.

**Cōfirmatur nō ſequitur aliquod** ſpaciū quolibet gradu intenſiori a ſortes poteſt pertrāſire ⁊ aliquod ſpacium nō quolibet gradu intenſiori a ſortes poteſt pertranſire ergo datur maximum qđ quolibet gradu intēſiori a ſortes pōt pertrāſire vel minimum qđ nō ⁊c. igitur diuiſio nulla probatio aſſumpti Et pono ꝙ a gradu velocitatis vt.6.ſortes poſſit pertranſire in vna hora ſpacium vnius leuce Iſto poſito pꝫ veritas illarū duarū ſubcōtrariarū ꝙ aūt nullū membrū dari poſſit ꝓbo ſic primo notū eſt ꝙ non pōt dari minimum ſpacium qđ quolibet gradu intenſiori a ſortes poteſt pertranſire in vna hora ⁊ ſimiliter ꝙ nō datur maximū ſpacium ꝙ nō quolibet gradu intenſiori ſortes poteſt pertranſire in vna hora. Et ꝙ nō detur minimum ſpacium quod non quolibet gradu intenſiori a pōt pertranſire in vna hora probo ſic pꝫ detur oppoſitū ⁊ ſit illud ſpaciū b tunc illud ſpacium nō quolꝫ gradu intenſiori a poterit ſortes ꝑtrāſire in vna hora ſꝫ qđlꝫ minus poterit ꝑtranſire in vna hora ſed ꝓbo ꝙ nō vel b ſpaciū ē ſpaciū vnius leuce vel ē minꝰ ſpaciū q̃ ſpaciū vniꝰ leuce vl' ē maius ſpaciū ſpacii leuce Non pōt dici primū aut ſecūdū qꝛ quodlꝫ ſpaciū vnius leuce ⁊ ſimiliter ſpaciū minꝰ ſpacio vniꝰ leuce quolibet gͣdu itēſiori ſortes pōt pertranſire ī vna hora ꝙ aūt non poſſit dari tertium pꝫ qꝛ ſi b ſpacium ſit maius q̃ ſpacium vniꝰ leuce ſit ita ꝙ ſit ſpaciū vniꝰ leuce cū dimidio tūc ſic arguo dabilis ē aliquis gradꝰ intenſior a in minori tñ ꝓportione q̃ in ꝓportione ſexqaltera ⁊ illo gradu nō qđlibet minus ſpaciū q̃ b ſortes poterit perteanſire ī vna hora igitur illud ſpaciū b non ē minimū ſpaciū nonquodlibet gradu intenſiori a ſortes poteſt pertranſire in vna hora ꝙ aūt non poſſit dari maximū ſpaciū ꝙ quolibꝫ gͣdu intēſiori a ſortes poteſt perttanſire in vna hora probatur qꝛ vel illud ſpaciū eſſet maius q̃ ſpaciū vniꝰ leuce et illud non poteſt dici vt patet aduertenti nec etiam poteſt dici ꝙ eſſet minꝰ ꝙ aūt non poteſt dici illud ſpaciū equale eē ſpacio vnius leuce probo ſic bene ſequitur quolꝫ gͣdu inteuſiori a ſorte pt ꝑtrēſire maiꝰ ſpaciū qđ quolꝫ gͣdu intēſiori a ſortes pōt ꝑtrāſire ī vna hora ꝯña tenet qꝛ ibi aſſumitur repugnans ſcđe exponēti ⁊ añs ptꝫ per aſſcenſum ſub illo termino diſtributo Forte dicis ſicut dicendū ē ꝙ ſcđa exponens ⁊ iſta nullum eſt maius ſpaciuꝫ b quod quolibet gradu intenſiori a ſortes pōt pertranſire in vna hora cū cuius ꝯtradictoria ſit hec aliquod eſt maius ſpacium q̃ b ⁊c. que falſa ē ⁊ propterea ſecūda exponens eſt vera dato ꝙ hec ſit concedenda quolibet gradu intentenſiori a ſortes poteſt pertranſire maius ſpacium in vna hora.

**Sed cōtra bene ſequitur b ſpaciū** vniꝰ leuce eſt maximum ſpaciū qđ quolibet gradu intenſiori a ſortes pōt pertranſire in minori tēpore q̃ in vna hora igitur nō eſt maximū ſpaciū quod quolibet gradu intenſiori a pōt pertrāſire in vna hora ꝯña tenet ex eo ꝙ maiꝰ ſpacium pōt ſortes pertrauſire in vna hora q̃ i minori tpe q̃ ſit vna hora prabatur tñ añs ſic ꝑ exponētes b ſpaciū ē magnū ſpaciū quod quolꝫ gradu intenſiori a ſortes pōt pertranſire in minori tpe q̃ ſit hora ⁊ nullū ē maius ⁊c. Veritas p̄me exponentis pꝫ per aſſenſū ſub iſto termino gradu itenſiori a Ueritas ſecūde exponētis claret ex probatione illius propoſitionis añ prehabite nullū ē maius ſpciū q̃ b ꝙ quolibet gradu intenſiori a ſortes pōt pertranſire in vna hora.

